

al postquam Verbum caro factum est, sacerdos omnes misericordias claves possident, dicente Christo Domino (Ioan. 20): *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

Tandem silentio minime praeribito, quod ad explicandam misericordiam divinam, in opere Incarnationis mirifice splendens, praedicta omnia longe superat quod Isaias in persona Dei loquens ait (cap. 6): *Quem mittam, et quis ibit nobis?* Singularis valde, et inauditus loquendi modus. Si dixisset: Quis ex nobis mundum adibit, germana fuisset loquendi forma; sed dicens: *Quis ibit nobis?* arcanum aliquod sub his verbis latere necesse est. Ego illud arbitrator abscondi, quod voluit Deus magnitudinem suae misericordiae palam nobis innoscere. Cum enim creaturarum non indigeret, ut fateretur David (Psal. 135): *Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges*, cui consonat illud Lucretii de divina natura loquentis:

Ipsa sui pollens opibus, nihil indiga nostri:

et cum nihil nos emolumenti, aut utilitatis Deo adferre valeamus, ipso nos monente: *Dicite, quia servi inutilis sumus*; nihilo scilicet tamen divinae personae de nostra reparatione sollicitae, de ea, tanquam de re propria, et sibi utili valde agunt, dicentes: *Quis ibit nobis?* hoc est, quis ex nobis vestrae utilitati prospiciens, carnem suscepturus e caelo in terram descendet? Sicut enim amanissimus pater filiorum utilitatem propriam commodum reputat; sic sane Deus misericordiarum nostrae utilitatis tanto amore flagrat, ut quod nobis proficuum agnoscat, sibi utile videatur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA XIII.

*De magnitudine divinae iustitiae, quae in nullo divinum operum adeo effulget, quantum in incarnati Verbi mysterio: simul tamen aperitur triumphus misericordiae de iustitia.*

Quamvis pergramm sit Deo Optimo Maximo Patris misericordiarum nomine cohonestari; unde Apostolus (2. Cor. 1). *Patrem misericordiarum, et Deum totius consolationis* illum vocat; semper tamen placuit, iustum iudicem, ac severum vindicem haberi. Noverat id recte regius Vates, cum Deum ultorem appellat, dicens (Psal. 73): *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere agit.* Quae autem fuerint ultiones istae, licet David non commemoret, nos acie perscrutemur. Et ut ab angelis dum caecos exordium, id plane divinae iustitiae acerbiter ostendat, quod ob unicum inordinatam cogitationis culpam, tot angelorum millia incredibili decore, a coelestibus sedibus deturbavit, aeternisque addixerit supplicis: nec dissimile est, quod ob unius poni esum; non

solum primus parens omnibus iustitiae originalis delictibus expoliatus fuerit; sed et ipse, et omnes eius posterique et paradiso perpetuo exules, aeternam damnationem subeundi reatum contraxerint. Revochemus etiam in memoriam poenam, quam fratricidae Cain intulit, ut Abel fratris mortem ulcisceretur. Capiti, tollique corpori tremorem adeo continuum inensit, ut a trepidationis motu nunquam vacaret: hoc enim notamine signavit eum Dominus, ut advertit Abulensis (in c. 4. Gen.): et subdit sacer Textus: *Qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Videamus cur Deus custodem vitae Cain se praebet, et interfectori eius poenam adeo acerbam minatur, cum potius creaturis, tanquam iniuriarum Creatori illatarum vindictibus potestatem concedere debuisset videretur, ut ob tam enorme crimen illum impune occidere possent; mysterio id non vacat. Cuius enim Deus ultoris nomen sibi comparare, et tanquam Deus ultionum ab omnibus timeri, voluit Cain, tanquam suae iustitiae praecoenon constituit: continuus enim membrorum tremor, ac indeficiens capitis trepidatio divinam iustitiam, poenae illius illatricem proclamabant. Et hinc est, quod eidem Cain iussit per varias mundi plagas vagari, nec passus est eum alienibi immorari: cum enim suae iustitiae divulgatorem illum constituisset, voluit non solum superfluum esse, sed ubique circumagi, et ubique divinae iustitiae rigor omnibus innosceret. Verum post mortem Cain, quibus supplicis Deus hominum peccata ultio fuerit, percurramus, si placeat. Consulto omitto, quae profanae commemorant historiae, quibus forte quispiam fidem non adhibebit persequar tantum, quae sacra enarrant eloquia, quibus fidem nemo catholicus non dabit. Temporibus Noe tam undoso aequarum diluvio terram universam undique replevit Deus, ut nemo praeter octo animas, ut ait d. Petrus, mortem effugerit; Sodomam, et Gomorrhham civitates, illarumque incolas ignis; et sulphur de caelo immixtus absorbit; Pharaonem, et eiusque equitatum, eo quod dilectum Dei populum liberale donare renuerat, in rubrum mare demersit, et priusquam hanc et infligeret poenam, pluribus plagis in Aegyptios animadverterat, quae, ut referunt Hebraei, per decem menses perduravit. Coeperant enim Aegyptii mense Junio plagis affici, et mense Maio finis illis impositus est, ita ut singulis mensibus singulae respondeant suppliciorum plagae, ea certe ratione, ut qui per decem menses, ut iidem testantur Hebraei, Aegyptiarum primogenitos interemerant, totidem mensibus tanti, ac tam enormis exitii condignas poenas luerent. Amalechitas, quia transitam per desertum Israelitis impedimentum ire contendeant, Sauls exercitus in eos acerrime invadens, profligavit. Et quia Saul contra praecipulum Domini peperit Achab, vad defunctus regno suo privatus tandem miserime interit. Cum vitulum ausu sacrilego venerat sibi Israelitae, omnes proculdubio Deis interemisset, nisi Moysis precibus placatus fuisset, quamvis multa etiam illorum millia occiderit. Filii Aaron cum igne non sacro thus addeverissent, voraci igne caelitus delapso in cinerem reda-

cli sunt. Blasphemavit quidam, consilioque cum Deo inito, divina iussione lapidibus obrutus est: similique supplicii genere affectus interit Hebraeus, qui sabbato ligna caedebat. Verba in Moysen fratrem suum Maria iactat, et continuo lepra intulit. Quam nulli Israelitae de Aegypto egressi sunt? et ob scelera quadraginta annorum spatio patrata solos Caleb, et Iosue optatum promissionis terram ingressos legimus. Chore, Dathan, et Abiron Deo rebelles, terra ipsa eos devorante, absorpti sunt. Moyses dubitans, et vacillans, num de Petra virga percussa, aqua educi posset, prout Deus ipsi promiserat, elicto fonte, promissam terram fluentem lacte, et melle ingredi prohibitus est. Rappit Achan pallium cocineum, et continuo Deo mandante capite plexus est. Nonnulli ex tribu Benjamin Levitae libidinosae aliena uxore utentes interfecti sunt. Heli filiorum criminibus conveniens, et claudens oculos, una cum filiis necatus est: cum enim filios in bello occubuisse audiret, de sede corruens interit. Iustam mortem quibusdam Gabonitis intulit Saul, iniustitiam tamen hanc ulciscitur Deus, mortuorum iam Saule, crudeli fame torquetur universum eius regnum; nec placatur Deus, donec David quosdam ex illius semine morti tradidit. Tangit Oza arcam Dei, et vel quia non debito adhibito cultu id facit, et vel quia non debito hominum humeris arcam velleam superposuit, eam proptis gestare debuisse, ut tradit Glossa Interlinearis, repentina neco occubuit. Duo pueri Eliseum prophetae occubuit, duobus uris in illo divina ordinatione irruentibus discerpti sunt. Servus eiusdem prophetae suscipiens invito domino munera quaedam a duce Syriae, lepra a Deo punitur, Ierobosam manam extendens, ut Prophetam comprehenderet, idolorum cultum arguentem, exsiccato brachio, ad sacrilegam aram condidit. Peccat David, et inter cetera peccatum genera grassante peste, quadraginta hominum millia delela sunt. Osius summi sacerdotis munere usurpato, cum incensum adoleret, tam horrida plexus est lepra, ut proprii civis cum summo odio prosequentes regio privaverat, immo et Deus ipse iratus contra illos, quod simul etiam eundem non longe a regno exturbasset, per quadraginta annos, id attestantibus Hieronymo (ep. ad Damasc.) et Origene (hom. 6. in Isaiam), prophetam ultum ad eos non misit. Ostentans superbe Ezechias rex opes suas legatis regis Babylonici, omnibus illis obratur. Liberam, ac effroentatam, et timoris Dei expertem vitam ducens Israeliticus populus, a Nabuchodonosor invaditur, qui Hierusalem venit, templum destruxit, captivosque Israelitas Babyloniam duxit. Aggrediente Sennacherib potentis exercitum dilectum Dei populum expugnare angelus e caelo delapsus, una, et eadem nocte centum octuagintaquingue hominum millia interemit. Credebat Heliodorus se templum Dei depravari posse, sed id attentans, ab angelo, tanquam praeco, funibus vapulavit. Ob similem sancti templi sacrilegam exploitationem Antiochus, vermicibus illi a Deo immissis, viscera eius corrodentibus, rabida morte mulctus est.

Ananias, et Saphira mententes repente occubuerunt.

Quod si inani innoxia fiducia credat humana teneritas, patientis se Dei manus evasuram, sciat nullum esse tanta fortitudine, ad sagacitate praeditum, qui divinum ultionem effugere possit: unde id expertus David, dicebat (Psal. 77): *Occidit in grandine vineas eorum, et moras eorum in pruinis.* Mori, ut tradit Ponicus, nec flores, nec fructus emittunt, donec bruma transierit: haec enim ratione vocantur mori, a mora; verum antequam aestivi calores efferverent, tam cito flores fructusque proferant, ut arbores omnes reliquas antecedant. Cum igitur, inquit Propheta, non obstante praedicta celeritate, moros fuisse a Deo algenti pruinis excensos, denotat talem esse divinam vindictam, ut ab ea nemo possit effugere, etiamsi moris cautos, et prudentes sit. Tandem id attestante Rupertio in Noofritia, Britannica provincia, cum aridae iam essent messes, et ad melandam apae, Deum ad publicam quaedam peccata puniendo numerosum locustarum exercitum in illam misisse narrat, qui ita eas devastavit, atque consumpsit, ut ne granum quidem frumenti superesset: additque apprehendentibus messoribus nonnullas ex illis locustis, a parte interiori alarum haec verba scripta invenita fuisse, *Ira Dei*; ac si diceret, talis est ira Dei, quam cum humana noxa provocaverit, omnia consumat, ac penitus everit: idque sane non ingenti militum exercitu, aut bellis tormentis, sed solo sibilo locustas, nullae vocans facile praesat, ut dixit Isaias (c. 7): *Sibitibus Dominus maseae.* Id exipit scriptura, quod maseae mirum in modum afflixerit: immo, quod mirabilissimum est, solis cogitationibus solet Deus animas torquere, ut in Balthasare accidit, de quo Daniel dixit (c. 5): *Cogitationes suae conturbabant eum, tantquam ab his cogitationibus quasi carnificibus tortorum passus est, ut genita eius ad se invicem colliderentur, ut iisdem Danielis verbis utar. S. Iob cogitationes suas cordis aculeos nuncupavit: Cogitationes, inquit, meae dissipatae sunt, torquentes cor meum: Originale legit, Rupti sunt ancilli cordis mei; et, si credimus versioni Pagnini transferentis: Cogitationes meae eruplae sunt, aperte satis indicat, Deum solis cogitationibus torquere nos, ut experimento etiam compierunt mentali orationi vacantes, cum meditates, in varia ac inutilia rapiantur, difficultere quandoque in bonam incidunt cogitationem.*

Verum, quod divinae iustitiae in puniendo expeditam facultatem magis exprimit, illud esse arbitror, quod solis somniis humana corda perterrefacere, ac dentibus dentis collidere faciat. Hoc experti sunt Iob, cum dicebat (c. 4): *In stratu meo terribis me per somnia;* et Pilati uxor, viro suo per internumcium dicens (Math. 27): *Nihil tibi, et iusto illi, multa enim passa sum per somnia.* Quid plura? solet Deus ad effroentatos hominum mores coercendos, veneficos ser penes immittere, ut testatur Hierem. (c. 8): *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, ubi d. Hieronymus transfert, serpentes pessimos: Septuaginta, serpentes mortiferos; serpentes inquam tales, ut adversus eos nullum pra-*

valeat, quantumcumque praesentissimum medicamen. Aquila, et vulgata nostra lectio habent, *regulos, quibus non est incantatio*. Quamvis enim non semel visi fuerint venefici incantatores, quibus angues obedierint, non modo non laeserint, ut dixit David (*Psal. 57*), *venefici incantantibus sapienter*. Et poeta;

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Contra basiliscos tamen, ut docet Plinius (*lib. 28*), invalida sunt veneficorum verba. Atque in hoc genere supplicii, aliud horribilius in eo latere delegamus, cum enim Deus in desperationis barathrum aliquos prolabi permittit, et in eo persistere, mortiferus in eos serpentes immittit: nam sicut morsus istorum omnem conservandae vitae spem adimit, ita illi omni prorsus sanitatis recuperandae spe destituunt.

Quandocumque etiam grandinum, et turbinum tempestale quasi acerbissimo flagello Deus delinquentium peccata ulcisci consuevit, ut fateatur Isaias (*e. 28*): *Ecce validus, et fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum inundantium*. Triplex hic Prophetae divinae irae symbolum describit. Primum est nubis, tantam grandinis vim effundentis, ut nec ramos superstes maneat, qui non confringatur, nec fructus, qui non excutiantur, nec foecunda terra, quae infocunda, et sterilis non reddatur. Talis est proculdubio Ira Dei, inquit Propheta, ut cum in generationem aliquam irruerit, filii intereant, morbi infestent, inimici insultent, divitiae dissipentur, infamiae notae undique premaneant, omniaque sibi utilia penitus eventantur: *Ecce ego, ait Dominus (Ez. 20), succendam in te ignem, et comburam in te omne lignum aridum*. Id tamen me in summam rapit admirationem, quod tot tamque execranda mala propheta Ezechiel vocari divinae irae stillationem, ac si guttatim descenderet, cum potius ut inundans pluvia deciderit: *Fili hominis, inquit, stilla ad Africum*. Ex quo s. Hieronymus (*in e. 20. Ezec.*) sic argumentatur: *Si stilla tantae sacritiae est, quid in totis imbribus aestimandum erit? Secundum divinae irae symbolum in Isaias verbis delitescens, ex rapido turbine cedros profundissime radicatos radicibus evellente desumitur: Sicut turbo, ait, confringens*. Praecognovit id optime David, cum dixit (*Psal. 36*): *Vidi impium supercavitatum, et elevatum super cedros Libani, et transiit, et ecce non erat*. Glossa Marginalis transtulit: *Vidi impium fortem evirescentem, et radicatum*. Alia versio habet: *Sicut lauros ingentes; quasi dicat: Vidi impios prosperitate elatos sicut lauros, quae nec brumae inclementia, nec assiduis aestus ardoribus, nec flammigeris solis radiis quidquam laedantur, sed virescentes semper perseverant: verum et contra accidit eis: continuo enim evanescere, nec ramos, aut folium, quinimo nec minimum eorum indicium superavit: unde subdit (*Psal. 36*): Quaesivi eum, et non est inventus locus eius; transiit, et ecce non erat*. Tertium Irae Dei symbolum ab Isaias propositum est copiosa aquarum congeries terram inundans: *Sicut impetus*

*aquarum inundantium*. In quo solum adnotasse sufficiat, eadem vi, atque impetu, quo inundans flumen intumescit, Deum ad peccatorum vindictam ferri. Testatur plane id David; nam ubi nostra editio vulgata legit: *Sicut viventes, sic in ira absorbet eos*, in Hebraeo est, *sicut vivens: qui saepe inusitatus loquendi modus sententiam verborum difficilem reddit*. Si enim dixisset, ut severus, ut sapiens, ut prudens, ut iustus absorbet eos, haec sane congrua rei epitheta fuissent; verum cum dicitur, *Sicut vivens absorbet eos*, singulari mysterio haec carere neutiquam possunt. Illud autem latere opinor, quod praeterquam significat Deum non emortuo, ut aiunt, modo, sed summa vivacitate poenarum aculeos indigere, ostendit, quandoque adeo severum delictorum vindicem se exhibere, ac si ex eorum vindicta vita eius penderet, quod nihil maius in hoc genere dici potest. Expendite ad id quaeo praeumper in damnatos excaudescens divinae irae furorem. Nec enim suffocasse sibi videtur iustitiae gladium vibrare per medios ministros, daemones scilicet, variis illigendis cruciatibus deputatos, sed ipsemet oris sui flatu vellet folliis ignem accendit, et ardentes flammam conservat, ut praedixerat Isaias, dicens (*e. 30*): *Platus Domini sicut torrens ignis incendit eum*. Illud tamen meo iudicio omnia alia longe superat, quod amantissimus Dei Iob vir iustus, ac limens Deam terribilem adeo praecognovit futuram divinam indignationem, et tolerabilis sibi videretur in inferno demorari, quam furorem eius suslinere: *Quis, ait, mihi tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertransierit furor tuus? Ad stipulatur eadem propheta dicens: Quis novit potestatem irae tuae, vel, ut Symmachus transtulit, Quis novit vires furoris tui? quasi diceret: Nulla quantumcumque perspicax, non dicam humanae, sed angelicae mentis acies divinae irae magnitudinem comprehendere poterit.*

Verum tametsi praedicta omnia egregie salutis divinae iustitiae vim ostendunt, in nullo tamen diviorum operum eius acrimonia excellentius effulget, quam in Verbi incarnati mysterio. Omnibus enim suppliciorum, ac tormentorum generibus mundo inflicto nunquam divinae iustitiae ad aequalitatem satisfactum fuit; at Christi Domini mediatoris nostri adventu pro omnibus culpis, ubique terrarum commissis, Deo Opt. Max. de rigore iustitiae factum fuit satis. Unde d. Paulus per excellentiam, et antonomasiam, divini Verbi Incarnationem opus divinae iustitiae nuncupavit: *Quem proposuit, ait (Rom. 3), Deus propitiatorem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae*. Quae verba non parum illustrantur ex his, quae tradit Proculus auctor antiquissimus, ut habetur in concilio Ephesino, dum ait: *Erat alterutrum duorum necessarium, aut ut homines praecipites abirent in mortem, aut certe, ut huiusmodi pretium penderetur, quod exactum debitum ad iustitiae animum exaequaretur*. His consonant egregia sanctorum Patrum testimonia: nam d. Leo Papa rigorosam Christi satisfactionem pendens: *Magnus, inquit, aequalitatis iure certatum est. D. Anselmus satisfactionem, ait, non*

*potest facere, nisi Deus; nec debet nisi homo: necesse ergo est, ut eam faciat Deus homo: et Rupertus: Quia satisfactionem pro culpa non nisi homo debet, et non nisi homo perhibere poterat, Deus homo factus est, quatenus unus idoneus Christus et verus Deus ab homine exigeret, et ut verus homo persolveret: et d. Augustinus explicans verba illa Psal. Longe a salute mea verba delictorum meorum: Delicta, inquit, nostra sua delicta fecit, ut iustitiam suam nostram iustitiam faceret. Certe quae ad nos spectant, Deus tantum facit, ut nostra debita, quasi si propria fuissent, persolvere voluerit: et ideo tametsi aliena erant, propria appellavit, et pro ipsis ad unquam satisfecit. Fuit sane satisfactio haec excellens adeo, ut Propheta copiosam illam, et abundantem vocaverit (*Psal. 129*): *Et copiosa apud eum redemptio*; quae verba elucidans Cassiodorus (*in Psalm. 105*) copiosam hanc redemptionem inundanti aquarum diluvio comparavit: *Pretiosus, ait, ille sanguis tanta fuit virtute ditissimus, ut velut quoddam diluivum salutare, orbem terrarum a suis sordibus expiaret. Videtur sane diluivum hoc diluvio Noe opposuisse, et non abs re: etenim illud fuit aquarum, hoc sanguinis: illud ut orbem absumeret, hoc ut reficeret; in illo coelum contra terram praelibatatur, in hoc pax, quam caelum terrae detulit, annunciarit: ac tandem ab illo quamvis ita universale fuerit, ut universam aquis submergeret, octo tamen salvi facti sunt, ut dicitur d. Petrus, ad quos inundatio non pervenit: at eruentium Christi diluivum universalis multo fuit: nec enim alius est, qui sanguine Christi non fuerit redemptus. Superfluentem hanc Christi redemptionem declaravit sacer Pontifex Clemens sextus: *Non corruptibilibus, inquit, auro vel argento, sed sui ipsius agni inmaculati pretioso sanguine nos redemit Christus, quem in ara crucis immolatum non putam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis sufficiens, sed copiose velut quoddam profusivum noscitur effudisse*. Huius redemptionis figura extitit quod in Levitico legitur adhibuisse Moysen ad placandum Deum, populum enim sanguine sacrificii conspergi praecipit, ita ut quemlibet saltem gutta unica attingisset, reliquum tamen sanguinis, quod superesset, super altare effunderetur. Ita plane accidit Christo Domino, prius in circumcissione guttas quasdam sanguinis profudit, et similiter, cum sanguinem sudorem emisit, dicente d. Luca (*e. 22*): *Guttae sanguinis decurrerunt in terram*. Et quamvis recte nosset ad nostra, immo et infinitorum hominum explanda delicta singularis sanguinis guttas sufficientissimas esse, et tamen redemptionem nostram uberiorem, et copiosorem redderet, reliquum sanguinis super aram crucis summa liberalitate, immo et inaudita magnificentia profudit, adeo ut infinito excessu plusquam debiti magnitudo exigebat, persolveret, et divinae iustitiae satisfactionem omnibus absolutissimam, ut ita loquar, exhiberet. Hinc facile intelligemus, quare dixerit David (*Psal. 31*): *Multa flagella peccatoris, cum lamen plerique absque flagellis, et labo-***

CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM. — VOL. IV.

ribus salvi facti fuerint, ut constat non solum de infantibus, sed et de doli capacibus, qui paulo post baptismum ad coelum evolarunt. Ita sane configit, non diffitemur: verum licet discesserint absque flagellis sibi inflicto, non tamen absque flagellis a Christo susceperit; et ideo David ait: *Multa flagella peccatoris: tametsi multi flagella non experiantur*. Faciunt mirifice ad id explicandum verba, quae Christus Dominus protulit, cum illi satellites se comprehensuri occurrerant (*Ioan. 18*): *Si ergo me quaeritis, sinite hos abire*. Singulari notamine dignum est signum illius illationis Logieum, ergo: consequens enim ex praemissis inferit, et consequentiam format: ex captura enim Magistri discipulorum libertatem per evidentem consequentiam colligit. Et licet prima facie incongrua videri possit illatio, cum e contra res se habeat: nam cum iudices contra haereticam pravitatem deputati dogmatizantem adversus fidem catholicam comprehendunt, discipulos eius neutiquam indemes relinquant, sed praeiter in carcerem detrahunt, quoque, ut minimum, fidei, et comparatae doctrinae examen subeant; in proposito tamen bonitatem, ut aiunt, consequentiae nemo inficiari poterit: adeo enim Christi Domini satisfactio gravatum delicti excedebat, ut non solum ex inguominosis eius comprehensione, sed ex quolibet illius opere pro nobis Deo Patri oblato, apte nostrum omnium libertas colligamus. Vinque huius collectionis praefert illativum illud dissyllabum, *ergo, si ergo me quaeritis, sinite hos abire*. Atque ut fere omnia, quae de incarnati Verbi mysterio altissimum proximum, paucis stringam, crediderim non solum iustitiam, et misericordiam, sed et omnia simul divina attributa mirum in modum in eo splendere: quod ut melius percipiantur, usitatum satis horologii exemplum nobis proderit. Artificiose satis, atque ingeniose existit eius compositio, in qua tanta diversarum partium varietas concurrit: adsunt rotae, adnatae ferreae quaedam pavae, adest media aeneae sphaera, adest martellus pulsans, adsunt funes, ac plura alia similia. Illud tandem innotuit interdictum discrimen, quod cum hora elabi incipit, rotae quaedam ponderibus commoculae in orbem paulatim feruntur, ceteraque ferme omnia immola convolvunt; at hora elapsa, ingenti commotione facta, maximis fragoribus cuncta perstrepat. Sic Deus cum angelos eracvit, colorumque molem erexit, impotentiae rotam circumdaxit; cum hominem condidit, extrema maxime inter se dissidentia, carnem nempe, et spiritum, invicem coagulans, sapientiae rotam commovit; cum Luciferum de coelo detruisit, Adam de paradiso eiecit, mundum diluvio abstumpsit, Sodomam, Gomorrhamaque combussit, ceteraque huiusmodi supra commemorata divinae irae indicia praebuit, iustitiae rotam concitavit; cum cibo de coelo praestitio Israelitas in deserto populo Idola colenti periecit, et Ninivitis poenitentibus plenam dedit peccatorum veniam, misericordiae rotam impulit: itaque in singulis operibus singula

Dei attributa emittant. At completa iam Verbi incarnandi hora: *quando venit plenitudo temporis*, ut ait d. Paulus, rota nulla in mirabili ac indefectibili Dei horologio immola permansit, sed omnibus perserpentibus, divina omnia attributa, perfectionesque universe, omnipotentia, sapientia, bonitas, iustitia, et misericordia, liberalitas, magnificentia, summa ostentatione, et ultra quam dici possit, clarissima sui manifestatione micaverunt. At dices: Comperitum est, in Incarnationis mysterio miro quodam modo divina attributa, praecipue tamen misericordiam rutilare, dicente David (Psal. 84): *Ostende nobis Domine misericordiam tuam*, ubi Chaldaeus Interpres vertit: *Ostende nobis Domine redemptionem tuam*: unde cum misericordia in hoc Incarnationis opere, quasi triumphans, victoriae palmam reportet: contra iustitiam opus velut suppressum, ac devictum manere necesse erit. Sane prima facie iustitiam etiam in eo valde enter. Offendat homo Deum, et ei rebellis crimen laesae maiestatis incurrat; si tunc Deus gladio perstricto iniuriam ulciscens, hominem in pulverem, ex quo creatus fuerat, converterisset, nequaquam condigna, atque aequali poena illam ullus fuisset iniuriam, cum longe deterioris conditionis exiitisset offensore, immo Dei potentia, ac mira eius virtus parum profecto splendisset, si in imbecillitatem puri hominis vires exercuisset suas, ut olim dixerat Iob (c. 3): *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam*; quasi diceret: Non deceat Domine, tuae potentiae magnitudinem, ac maiestatem in arida, infirmaque naturae humanae folia invehi, quas solo calore, ac frigore evanescent. Ergo ut plene Deo satisfaciat, et inaequalitas compensetur, fiat Deus homo, siue integra, ac plena debiti solutione facta inverecunde Deo irrogata iniuria penitus abolebitur: tantum enim ex dignitate suppositi divini in Christi opera effluxit valor, ut debitum a satisfactione excedatur. Maxime igitur in divini Verbi Incarnatione divina eluceat iustitia; fateor tamen talia esse divinae miserationis viscera, ut iustitia ipsa misericordiae materiam ei praebeat: nihil enim, ut supra ostensum est, expressius divinae iustitiae rigorem manifestat, quam quod aeternus Pater pro hominibus redimendis unigenitum morti proprium tradiderit Filium; et tamen hoc ipsum opus fuit summae misericordiae, ut recte ex d. Augustino notavit d. Anselm. (lib. 2. *cur Deus homo*) dicens: *Quid misericordius intelligi valet, quam quod peccatori aeternis tormentis deputato, et unde se redimere non habenti, Deus Pater dixit: Accipe unigenitum meum, et da pro te; et Filius dixit: Tolle me, et redime te?* Misericordia igitur fuit, aeternum Patrem adversus naturalem Filium iustitiae gladium vibrare, ut ab eodem nos liberaret: misericordia etiam, quod nos, qui debitores eramus, aere alieno oppressos, exhibitio pro nobis Christi sanguine, a debito absolveret. Atque hoc est triumphale carmen, quod ovanti misericordiae decantabat Iacobus Apost. cum dicebat (c. 2): *Superexaltat autem misericordia iudicium*. Duplicem, eam-

que perpulchram explicationem desiderat locus iste. Prima est d. Thomae, qui verbum illud, *superexaltat*, tantummodo esse affirmat, ac si diceretur: *relaxat, et temperat*: nam misericordia modo relaxat, ac temperat poenas, quas iustitia Dei iudicat; ac si diceret duplex esse Dei tribunal: primum, in quo adversus peccatorem primo profertur sententia; secundum, ad quod a sententia lata fit appellatio: illud esse tribunal iustitiae, hoc misericordiae, idque frequenter accidit, ut quod iustitia condemnat, misericordia absolvat. Addito enim morti Ezechiei regi in tribunali iustitiae, misericordiae tribunal, ad quod confugerat, multos vitae annos tribuit. Expenditur Nivitarum culpa in iustitiae aula, continuo morti adiudicantur (Jonae 3): *Adhuc quadraginta dies, et Niveus subvertetur*, sed a Deo ipso iusto ad Deum misericordem confugentes, poenae absolutionem obtinere, immunesque a divina ira evaserunt; idque sibi volunt praedicta verba: *Superexaltat misericordia iudicium*. Secundo possunt exponi iuxta Graecorum translationem: quod enim in vulgata editione legitur: *Superexaltat misericordia iudicium*, in Graeco est: *Exaltat misericordia adversus iudicium, misericordia in iudicium lactabunda insurgit*. Aludat saepe ad laetitiam, quando de parta victoria capiunt viatores, significans misericordiam de iustitia triumphare: unde sicut mos apud Romanos in triumphali pompa inolevit, debellatis manibus post terga ligatis deducere; sic misericordia iustitiam veluti froeno domat, ut dixit Isaias: quod enim vulgata editio habet: *laude mea infroenabo te*, alii transferunt: *Ob laudem meam infroenabo tibi iram tuam*. Terribilis est divina iustitia, verum Deus misericordiae froeno illam coeret. Dixerat hoc eleganter David (Psal. 117): *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me*: Campensis translulit: *Dextera Domini altissima, dextera Domini triumphum parat*. Triumphat dextera Dei manus, qua misericordia deolatur, de sinistra, qua iustitia significatur. Elegans est divinae misericordiae symbolum dextera Dei manus. Primo, quia sicut frequentius homines dexteram operibus admovent quam sinistram; sic Deus frequentius misericordiam, quam iustitiam ostendit. Secundo, quia sicut dextera instrumentum est, ut aiunt, coniunctum, quo quis suam ostendit fortitudinem; sic Deus nullo divinatorum altributorum maiora suae virtutis indicia praebuit, quam misericordia. Et hinc est, quod ubi in vulgata editione habetur de Moyse, quod Deum alloquens dixerit: *Dominate Domine Deus misericors*, in originali Hebraeo est: *fortis, et misericors*. Et Apostolus (ad Rom. 9) testatur, Deum, cum omnipotentiam manifestare vellet suam, hoc fecisse, patienter ferendo reprobatorum peccata: *Volens notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum*. Et sicut etiam in animalibus dextera est omnium externorum operum principium; unde Philosophus (2. de coelo c. 2) habet: *Dexteram uniuscuiusque esse dicimus, unde principium motionis emergit*; sic divina opera a misericordia, non a iustitia duxerunt exordium: prius enim

paterna viscera erga homines ostendit, quam severi iudicis rigorem. Sponsa etiam discrimen inter sinistram, et dexteram Dei manum indicat, cum ait (Cant. 2): *Laeva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me*. Iustitia sponat laeva significata brevis, et arcta est, sub caput tantum pertingit: *Laeva eius sub capite meo*, at misericordiae dextera circumquamque me cingit, et complectitur: *Et dextera illius amplexabitur me*. Tandem ut finem dicendi faciam, regius vates praedicta omnia confirmans, eleganti quodam tametsi metaphorico dicendi modo utitur, quo misericordiae aedificium sine intermissione crescere inquit, iustitiae autem tot interruptiones pati, ut solum materialia preparare videatur (Psal. 88): *In aeternum misericordia aedificabitur in caelis: praeparabitur veritas tua in eis, quem locum ille altus eiusdem Prophetae declarat: Arcum suum paravit, et tetendit illum, et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit*. Ecce cuncta haec ad iustitiae praeparationem pertinent, non ad poena inflictionem. Ad idem etiam ponderatione digna sunt verba illa Davidis (Psal. 46): *Aut in finem misericordiam suam abscondet a generatione in generationem?*

quasi dicat, minime. Finxerunt potae Parvas tres sorores fuisse, quarum prima stamnia vitae dicebat; secunda fila glomerabat; tertia ducta humanae vitae fila rescindebat: ne aliter tamen id faceret, neque minis, neque numeribus poterat derereri; ad divinae misericordiae ingenium semper fuit, ut aedificet, et construat: quod si destruit, id solum est iustitiae aedificium, quod solo aequare conentid, ut non obscure liget ex David, in quem cum iustitiae laeva sententiam condemnationis tulisset, dextera eam revocavit. In latrone etiam patet, cui cum divina iustitia paradisi aditum prohibuisset, misericordia eiusdem fores patefecit, et coelestis regni ipsum haereditatem constituit (Luc. 2): *Hodie mecum eris in Paradiso*. Ac tandem Saulum videns ira Dei iustitiae aedificio destinatum; misericordia tamen impolitum illum lapidem illa elaboravit, ac perpolivit, ut praelaram, ac insignem Ecclesiastici aedificii basim efficeret. Atque ex his, et similibus, quibus divina abundant eloquia, facile eritprehendere, quam gloriosa divina misericordia de Dei iustitia triumphaverit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.